le integre; qua terminū significatiuū; per nolan ruptam  
terminū non significatiuū; vide in primo tractatu de vo-  
ce significatus z no n significatus 3 a digito frontem  
ostendit; terminū mentale cape b emisso flatu; terminū  
vocalē c calamo; terminū scriptū 4 trulla q cementū  
adiecti muro; terminū adiectiui habe 5 muro q adiectio-  
ni substati; terminū substantiuū 6 vnica nola videlicet  
maiori; terminū absolutū, qui vnus est tm significatiuū,  
7 duabus, terminū pnotatiuū, qui duo habet; vnū signi-  
ficans; reliquū pnotans 8 massa informi z olla forma-  
ta; duplex esse termini pnotatiui significatū intellige, vis  
delicet formale z materiale.

Secundus passus

**Suppositio est acceptio termi-**  
ni in propōne; pro aliquo vel aliquibus; pro quo vel quī-  
bus; talis terminus natus est verificari; mediāte copula ta-  
lis propositionis; vel sibi equiualētis in acceptione termi-  
norum 2 Suppositio est duplex; simplex & mixta a  
Simplex; est acceptio termini simplicis seu termini mixti  
cuius vna pars non supponit alio genere supponis quā  
alia; vt homo albus disputat b Suppositio mixta; est ac-  
ceptio termini cōplexi; cuius vna pars supponit alio ge-  
nere suppositiōis cōplexi; alia; vt dicēdo; iste terminus homo  
est dictio dissillaba; ibi ly terminus; supponit psonaliter

# Septimus

& homo materialiter 3 Suppositio materialis: est acceptio termini pro se vel sibi simili: in voce vel in scripto: vlt est acceptio termini pro suo significato non vltimato: vlt suis significatis nō vltimatis: secūdū conceptū: scdm quē non vltimate accipitur: vt petrus est nomen 4 Suppositio materialis est duplex: discreta & cōmūnis a Materials discreta: est acceptio termini materialiter sumpti cū pronomine primitiue speciei: vt hoc ly homo est dicitio dissillaba b Suppositio materialis cōmūnis: est acceptio termini materialiter sumpti: sine aliquo pronomine primitiue speciei: vt hō est generis cōmūnis 5 Suppositio materialis cōmūnis est duplex: determinata & confusa a Determinata est acceptio termini materialiter sumpti: sub quo gratia forme: potest fieri descensus distūctus: v amo est verbum b Confusa est duplex: confusa tantum & confusa distributiva 6 Confusa distributiva: est acceptio termini materialiter sumpti: sub quo gratia forme: pōt fieri descensus copulatiuus: vt omne ly homo est dicitio dissillaba 7 Confusa tantum: est acceptio termini materialiter sumpti: sub quo gratia forme: potest fieri descensus distūctus: vt omne ly homo est vox dissillabz: ibi ly homo: supponit confuse tantum. 3

# Tractatus Applicatio



# Septimus

**Secunda imago habet septem**  
significata. Summa 1 diffinitio suppositionis 2 diu-  
sio suppositionis 3 diffinitio suppositionis materialis  
4 diuisio suppositionis materialis 5 diuisio suppositio-  
nis materialis cōis 6 diffinitio suppositionis material'  
cōfufe distributiue 7 diffinitio supponis material' con-  
fufe tantū 1 Primū significatū est manus accipientis  
vel tenētis; qua suppositionē volo. que est acceptio termī  
2 a simplicitate coclear suppositionē simplicē b olla ve-  
ro in qua miscentur cibaria. suppositionē mixtā 3 ma-  
teria sup quā stat mulier ipsa. supponem materialē cape  
4 Rotz stellis. suppositionē discretam 7 cōmunē. ratio-  
nes sepius audiuitis 5 ruptura infimi gradus. suppo-  
sitionē determinatā: quia sub ea disijuncte descēditur. vi-  
de rationē in 16 tractatu 6 copulatione pedis. 7 fusam  
distributiuā cape: nā sub ea descendit copulatiue 7 ru-  
ptura primi gradus cōfusam tantū. sub qua descenditur  
disijuncte. rationem habes in tractatu descensuum.





67

# Tractatus Tertius passus

## Suppositio simplex ē acceptio

termini in propositione pro suo significato adequato. re  
spectu predicati ponentis differentiā inter superius & in  
ferius: seu magis cōmune & min<sup>9</sup> cōmune: vt homo est  
species 2. Suppositio simplex ē duplex: cōmunis & di  
screta a Cōmunis est acceptio termini pro suo significa  
to adequato: respectu predicati non cōuenientis suo in  
feriori b Discreta est acceptio termini discreti pro suo si  
gnificato: respectu predicati non cōuenientis suo superio  
ri: vt sortes est individuum 3. Nota: nunq̄ a termino  
supponente simpliciter potest fieri descensus: Nullus ter  
minus cui additur aliq̄ signū vnūuersale vel particulare  
vel singulare supponit simpliciter: nullus terminus cōmū  
nis pluralis numeri supponit simpliciter 4. Suppositio  
personalis: est acceptio termini in propositione: respec  
tu predicati non ponētis differentiā inter superius & in  
ferius: vt homo currit 5. Suppositio personalis est du  
plex: cōmunis & discreta a Cōmunis est acceptio ter  
mini cōmunis pro suo significato vel suis significatis:  
respectu predicati: non ponētis differentiā inter superius  
& inferius: vt homo est animal b Discreta est acceptio  
termini discreti pro suo significato: respectu predicati: nō  
ponentis differentiā inter superius & inferius: vt sortes  
currit: & est duplex: scilicet determinata: confusa: Confu  
sa iterum est duplex: confusa tantū & confusa distribut  
ua: de quibus conformiter dicitur: sicut in suppositione  
naturali.

# Septimus Applicatio



68

## Tractatus

**Tertia imago** habet quinq; si-  
gnificata. Summa i diffinitio suppositionis simplicis  
2 diuisio suppositiois simplicis 3 documentū 4 diffi-  
nitio suppositionis psonalis 5 diuisio supponis psona-  
lis i Primū significatū est radiorū quibus in primo  
tractatu prima imagine: scđam intentionē significauim?  
nunc aut suppositionē simplicem: quia fit in scđis inten-  
tionibus 2 a b est stellaz 7 rotarū: ex causa in proxima  
imagine narrata 3 quia scala in medio non habet gra-  
dus: quibus descendit: sicut in suppositioe simplicis: nō po-  
test fieri descensus 4 5 Sicut supra radijs supposi-  
tionem simplicē voluit: quia fit in scđis intentionibus: sic  
re speculata: hoc est facie: suppositionē personalem: quia  
illa fit in rebus a b rotis 7 stellis: cōmunem et discre-  
tam vt supra habeto suppositionem.

## Octauus tractatus

**Ampliatio est acceptio termi-**  
ni in propositione: pro suo significato: vel suis significatis  
respectū signi v<sup>t</sup> equivalentis: importantis diuersas diffe-  
rentias temporis: disiunctū in ordine ad terminum sup-  
ponentem: respectū plurimū differentiarū temporis diuisi-  
sim 2 Ampliatio temporū est quando terminus acci-  
pitur pro pluribus differentijs temporū: quā acciperetur  
si non ampliaretur: respectū quarum: seorsum verificatur:

## Octauus

3 Sed ampliatio suppositorū est: quando terminus accipitur pro pluribus suppositis: quā acciperetur si nō ampliaretur: & tali ampliacione ampliantur termini cōmunes. 4 Prima regula. Quilibet terminus supponens positus a parte subiecti: respectu copulę principalis: vel verbi includentis copulam principalem preteriti temporis: vel respectu participij preteriti temporis: quod est predicatum vel adiectiuū principalis predicati: habens consignificatum vel significata sibi correspondentia: in ordine ad tēpus presens & p̄teritū: ampliā ad supponēdum p̄ significato vel significatis: q̄ est vel fuit. Secūda regula: qlibet terminus supponēs: positus a pte subiecti: respectu verbi futuri t̄pis: quod est coplā principalis vel includens copulam principalē: vel respectu p̄cipij futuri t̄pis: quod est predicatū vel adiectiuū principalē p̄dicati: hñs significatū vel significata sibi cōm̄dentia: p̄ t̄pe p̄nti & futuro: ampliatur ad supponēdum pro significato quod ē vel erit. Tertia regula: qlibet terminus supponēs: captus respectu huius verbi pōt: vel respectu istorū modorū: scilicet possibile: cōtingens: impossibile: necesse: prime intentiōaliter & sine cathegorematicę captorū: supponit pro eo q̄ est v̄l fuit vel erit vel pōt esse. Quarta regula: qlibet termin⁹ positus a pte subiecti: respectu p̄dicati: q̄ est nomen verbale terminatū in bile vel in tiuū: importās aptitudinem: ampliā pro eo quod est vel potest esse. Quinta regula: quilibet terminus rectus ab istis verbis significatur: ampliatur: verificatur: mediante ista p̄positione pro: ampliā ad supponēdum ad quinq; temporum differentias: & hec de ampliacionibus.

# Tractatus

## Applicatio



M

# Honus

**P**rima imago habet quattuor significata. Summa i definitio ampliacionis 2 ampliatio tempoz 3 ampliatio suppositoꝝ 4 5 regle ampliacionū i Primū significatū est regis corū dentibꝰ ampliantis vel eꝛēdentis: eo diffinitionē ampliatiōis habet 2 est horologiꝰ: q̄ ampliacionē tempoz 3 est calciamētoꝝ: q̄bus ampliacionē suppositoꝝ volo 4 quinqꝰ peninis: quinqꝰ reglas ampliacionū esse notato: hic tu memoriam adiuuabis: longum est: t singula memorie per unguines applicare: ego breuitati studeo

## Honus tractatus

**R**estriccio est acceptio termini in propositione: pro partioribus significatis: vel partioribus differentijs tpm: quā in ppōne: in q̄ si nō restringeret accipetur: vt hō albus currit 2 Restriccio aliena: est q̄ fit respectu a copule: rōne cuius terminus accipit p aliquibus suis significatis: p q̄bus pōt supponere: & non p omnibus: vt homo est albus: p illam copulā est: restringit ad stans dum solū pro homibus p̄sentibus 3 Restriccio non aliena: est que fit respectu alicuius termini: qui nō est copula: rōne cuius terminus aliter supponit: p partioribus suis significatis: quā supponeret: si tal' termin' sibi nō adderet: vt hō albus currit: ibi hō restringit: vt solū stet pro homibus albis 4 Prima regula: adiectiuū restringit suū substantiuū: secūdam exigiētiā tal' adiectiuū: dū modo imēdiate addat substantiuū: vt niger currit. Secūda regula: aduerbiū restringit verbū: secūdam exigiētiā aduerbij: vt homo currit velociter. Tertia regula: pronomen demonstratiuū primitiue speciei: restringit terminū cui additur: pro eo q̄ demonstrat: vt iste homo currit.

# Tractatus

## Applicatio



M ij

## Decimus

**P**rima imago habet quattuor significata. Summa 1 diffinitio restrictionis 2 diffinitio restrictionis aliene 3 diffinitio restrictionis non aliene 4 tres regule 1 Primum significatum est tinctionis panni: nam cum ungi ut restringitur: eo diffinitione restrictionis volo 2 Panno in diffinitione restrictionis non aliene: nam pannus tinctor est et non alieni 3 conchis quibus peregrinatio significatur: diffinitione restrictionis aliene 4 tribus pennis: tres esse regulas restrictionum scias.

## Decimus tractatus

**A**ppellatio est acceptio termini connotatiui in propositione: pro suo significato formalitatis: tanquam adiacenti vel non adiacenti vel denominati: alterum secundum aliquam differentiam temporis: ut homo est albus: ibi albus appellat albedinem adiacere illi rei pro qua supponit 2 Terminus connotatiuus positivus: est qui connotat aliquid per modum adiacentis alteri: ut album nigrum 3 Terminus connotatiuus privativus: est qui connotat aliquid per modum alteri non adiacentis: ut cecum: surdum.



# Tractatus Applicatio



Miij

## Undecimus

**P**rima imago habet tria signi-  
ficata. Summa i diffinitio appellationis 2 diffinitio  
termini pnotatiui positivi 3 diffinitio termini positivi  
privatiui i Primum significatiū ē litterarū: quib⁹ nūcius  
appellat: illis diffinitionē appellationis cape 2 trulla qui  
bus cementū muris adhaeretur: terminū pnotatiuū positiu-  
num: qui significat p modū alteri adiacentis 3 pannū  
culo priuatiōis visus: terminū pnotatiuū priuatiuū babe

## Undecimus tractatus

**D**istributio est acceptio termi-  
ni cōiter sumpti: p omnibus suis significatis copulatiue: &  
sūt duo in distribucōe: scz distribuēs: qđ ē signū: & distri-  
butū: qđ ē ipse termin⁹ 2 Nota qđ aliq̄ signa distribuūt in  
differenter & in accidentibus & in substantijs: vt omnis  
nullus. quedam distribuūt in accidentibus tantum: vt  
qualibet: quantūlibet: quedam plura distribuunt: vt oīs  
nullus: quilibet: vnusquisq̄: quedam duo: vt vterq̄  
neuter: quedam sūt signa distributū affirmatiua: alia  
sunt negatiua: quomodo distribuunt hec signa: vel pro  
quibus: omnis: nemo: vterq̄ neuter: totus: quoties  
sūc: videbitur in logica maiori.

# Tractatus

## Applicatio



## Duodecimus

**P**rima imago habet duo signi-  
ficata. Summa i diffinitio distributionis 2 diuisio  
signorum i Primum significatum est sorte in qua sunt  
panes distribuendi: qua diffinitione distributionis habe  
2 vno pane Signa distributiva vnius: pluribus panis  
bus: signa plurimū distributiva: chorda: signa distributiva  
negatiua: lapid: signa distributiva affirmatiua: vide textū.

## Duodecimus tractatus

**P**ropositio exponibilis est pro  
positio habens sensum obiectum: ratione alicuius signi  
in ea positi: vt solus homo currit: & talis solet vocari ex-  
ponibilis: & propositio p quā veritas: seu sensus talis pro-  
positionis manifestatur: dicitur propositio exponēs: que  
vel est vna copulatiua: vel vna disiunctiua 2 Duplicia  
sunt signa: ratione quorum propositio exponitur: quedā  
em variant quantitatem propositionū: vt signa vniuersalia  
particularia: singularis: & negationes neganter cas-  
pte: alia sunt signa: que quantitatem non variant: vt nega-  
tio infinitanter capta.

# Tractatus

## Applicatio



## Yarij

**P**rima imago habet duo signi-  
ficata. Summa i definitio propositionis exponibilis  
2 divisio signorum i Primū significatum est tabule in  
qua ephelis latinitas exponitur: eo diffinitionem propo-  
sitionis exponibilis cape 2 maiori digito: signa que  
quantitatem nō variant: minori: signa que quantitatem  
variant habeto.

## Tredecimus tractatus

**P**ropositio exclusiua est pro-  
positio exponibilis: ratione signi exclusiui: determinantis  
totam propositionem 2 Signa exclusiua sunt: tantum  
tantummodo: solummodo: dumtaxat: precise & similia.

## Quartusdecimus tractatus

**P**ropositio exceptiua est pro-  
positio exponibilis: ratione signi exceptiui 2 Signa ex-  
ceptiua sunt ista: preter: preterq̄: nisi: & similia.

# Tractatus

## Quintusdecimus tractatus

### Propositio reduplicatiua est

propositio exponibilis: rōne signi reduplicatiui 3 Signa reduplicatiua sunt ista: in quantum: secundum: quod & his similia: de harum expositione: oppositione: & alijs eorum passionibus: non duxi necessarium: plura describere: Aristotelis logice illa referuans.

Yary

Applicatio





# Tractatus

**Hec imago trium tractuuz sex**

habet significata. Summa 1 diffinitio ppōnis exclusi-  
ue 2 signa eius 3 diffinitio ppositionis exceptiue 4

Signa eius 5 diffinitio ppōnis reduplicatiue 6 Si-  
gna eius 1 Primū significatū est sere: qua exclusionem

cape 2 clauē tñ signū exclusionis 3 hamo: exceptionē  
4 musca que hamo apponitur: signū intellige excepti-  
onis 5 duplicatione chorde: ppositionem reduplicati-  
uam 6 Sed et calamo: reduplicatiōnis signa notato:

N

# Decimus sextus Sedecimus tractatus

**D**escensus est duplex: scilicet  
diuisiuis & arguitiuus. Diuisiuis est ille: qui fit per di-  
uisionem: vt animaliu aliud rationale: aliud irrationale: &  
de illo non est ad propositu 2 Descensus arguitiuus: est  
consequencia formalis: in qua arguitur a termino comunis  
ter supponente: ad eius inferiora in supponendo: virtute  
suppositionis: ceteris tamen terminis: sub quibus non fit descen-  
sus: tam cathorematicis: quam sincathorematicis: non  
uariatis: & talis est quadruplex 3 Descensus copulatis-  
uus est: quo vt sic descendendo: subinfertur vna proposi-  
tio hypotetica copulatiua: composita ex omnibus singula-  
ribus illius termini supponentis: virtute cuius descendit  
vt omnis homo est animal: ergo iste homo est animal: & iste  
homo est animal: & sic de omnibus alijs 4 Descensus  
disiunctiuus est: vbi in descendendo subinfertur vna dis-  
iunctiua: composita ex omnibus singularibus illius termi-  
ni supponentis: virtute cuius descenditur 5 Descensus co-  
pulatus est: quando in descendendo: subinfertur vna pro-  
positio categorica: de extremo copulato: composita ex om-  
nibus singularibus: illius termini supponentis: virtute cuius  
descenditur 6 Descensus disiunctus est: vbi in descen-  
dendo: subinfertur vna propositio categorica: de disiu-  
cto extremo: composita ex omnibus singularibus illius ter-  
mini supponentis: virtute cuius descenditur

# Tractatus

## Applicatio



N ij

## Decimus sextus

**H**ec imago habet quattuor si-  
gnificata. Summa i diffinitio descensus diuisiui 2  
diffinitio descensus arguitiui 3 diffinitio copulatiui 4  
diffinitio disiunctiui 5 diffinitio copulati 6 disiuncti  
i **P**ri mu significati est ferre: qua diffinitione descensus  
diuisiui volo: ratio patz 2 manubrijs ferre: dione de-  
scensus arguitiui: qui fit quando ex antecedente trahitur  
consequentia 2c. sicut vicissim vnum manubriu trahitur  
post aliud 3 Copulato pede: descensum copulatiuum.  
4 extenso pede vel disiuncto: descensum disiunctiuu.  
5 corde quibus ligantur res singule: in extremo gra-  
du posite: descensum de copulato extremo 6 diuisione  
vltimi 2 extremi grad: descensu de disiuncto extremo cape  
**H**ec sunt que in tenella inueniunt: sup rebus logicis me-  
morie comendauit: quibus argucias logicas necessarias  
quasi in penu prompte haberem: sic ego mea adiui me-  
moriam: faciant ceteri qz eis placet: hoc mihi coducere vi-  
debat.

# Exercitium

## Secunda pars exer-

itationis logice.



### Est chartiludiorū exer-

citamenta: iactū sunt addenda fatigia: ne quid intentatum relinquat: ex hac poetica logica: quia Nil intentatū nostri liq̄re poete. Omnis aut̄ exercitatio instructionis no-  
stre: triplici adinvento pficitur. Primū: tractatū appellatimms. Secundū: loci noticiā. Tertiū: materie cognitionē. Que sunt: inuentio tractatus: inuentio imaginis: & inuentio significationis. Hec aut̄ iactū exercitatio: acrior est & difficilior: chartiludiorū agitationi. quoniā memoriā nō atget: nec adiūtrat: imaginum similitudie: sed textus itel-  
ligentiam: in canda applicatione pictasmatum: doctus mus esse faciendā: ideoq; nullus se methis exercitet: qui plenā chartiludiorū noticiam non habet: nam primā se qui debet: hec presens exercitatio methiorū: quā triplici adinvento sitre iactū edoceamus.

### Primus iactus

inuentio tractatus

### Omnis iactus aut est simplex

aut mixtus: Simplicē vocamus: q̄ vnūs dūtaxat methi est quoz: iactū: in hoc exercitio: solū nonē habere poter: q̄a solū nouē sunt metha: Iactū mixtū eū volum: q̄ ex pluri-  
bus methis iactū: hoc est oēm illū: qui vltra vnū est. No-  
ticiā igit̄ tractat: hoc cmō prehendes: cū sint 16 tractatus  
16 iactū opus erit. Prim⁹ ē. a. & ē tractat⁹ enūtiatōis. Se-  
cūd⁹ . b. q̄ ē p̄dicabilū. Tert⁹ . c. q̄ ē p̄dicamētoz. Quart⁹  
d. q̄ ē silogismi simplr dētū. Quī⁹ . e. q̄ ē locoz dialecticoz  
N iij

# Piramidum

Sextus, f. qui est fallatarum. Septimus, g. qui est suppo-  
sitionum. Octavus, h. qui est ampliacionū. Nonus, i. qui  
est restrictionum. Nunc sequitur iactus mixti. Decim<sup>9</sup>  
est, a. d. g. qui est appellacionū. Undecimus est, b. e. h. qui  
est distributionū. Duodecimus est, c. f. i. qui est expositio-  
num. Tredecimus est, g. h. i. qui est exclusionū. Quartus-  
decimus est, d. e. f. qui est exceptionū. Quintusdecimus  
est, g. e. c. qui est reduplicacionum. Sextusdecimus est, i. e.  
a. qui est descensū; hoc modo: non potest incognitus ti-  
bi esse tractatus.

## Secundus iactus inuentio imaginis

**H**abito tractatu eiusdeꝝ tracta-  
tus imaginem inuenies: hoc modo: quia tractatus ultra  
octo imagines nō habet: ideoq; & simplici iactus: solum  
necesse est inuenire imaginē. Primus iactus simplex est.  
a. quo primā imaginē. b. secundam. c. tertiā. d. quartam. e.  
quintam. f. sextam. g. septimā. h. octauam. sic numerus  
imaginum: te latere non debet.

## Tertius iactus inue- tio significatorum

**N**aud aliter significatorū locū  
inuenies. Iactus, a. primū significatum habet. Iactus, b. se-  
cundum. c. tertium. d. quartum. e. quintum. f. sextum. g.  
septimū. h. octauū. i. nonum. a. d. g. decimū. b. e. h. vnde-  
cimū. c. f. i. duodecimū. g. e. c. tredecimū; ultra quē nume-  
rum; imagines significata non habent.

# Exercitium

## Forma exercitiij

**H**ac teregula exercitare iubel  
 ris & forma. Primo iactu facto: dicas in quo tractatu sit  
 Secūdo iactu: in quo loco: si p̄ncipio: medio: sine: quod  
 ex imaginū ordine: primo tractatu nouisti. Tercio iactu  
 quod sit inuente imaginis significatum eloquaris: exem  
 pli causa: Primus iactus est, a. secundus, b. tertius, c. Tūc  
 hic dicendi modus: tibi seruandus est: q̄ primo iactu dī  
 cas. Ego sūm in primo tractatu: in secundo iactu: dīc te  
 esse in secunda imagine: in tertio vero iactu: q̄ sis in ter  
 tia illius imaginis significatione. Deinceps te ip̄sum ex  
 chartiludio iutrandō memoriter: quid ex tertia significas  
 tione habetur: recensabis: hoc exercitium nostri studentes  
 inquit esse amarum & acerbum: pleriq̄ illud subitanes  
 am mortē appellare consueverunt: omnes iactus: sequens  
 figura demonstrat.

N. iij


# Pyramidum Summa summarum

Suppositio

Ampliatio

ε

Restrictio






# Testimonium magi strale Cracouiensium.


Ego magister Ioannes de Glogouia: Vniuersitatis Cracouiens. Collegiatus: & ad sanctum Florianum, in Clepardia Canonicus: testimoniũ do veritatis: que em̄ audistimus & vidistis: non possumus non protestari. Venerabilẽ patrem Thomã Murner Alemannum: Ciuitatis Argentinensis filiũ: nostre vniuersitatis Cracouiens. sacre theologie baccalariũ: hãc chartiludiorum praxim: apud nos finxisse: legisse: & nõ sine grandi omniũ nostrum ammiratiõẽ: vicsq; adeo profecisse: quod in mensis spacio etiam rudes & indocti: sed in rebus logicis: sic extraferint memores & eruditi: q; grãdis nobis suspicio: de predicto patre oriebatur: quiddam magicarũ rerum infudisse potius: quã p̄cepta logica tradidisse: Auditores em̄ suos: iuramento compulerat: hanc suam praxim: in duobus annis nõ proderet: sed nec cuiq; viuenti cõmunicare: de qua suspitione nostra: ad expurgationis respõsa vocatus: hoc presens obtulit chartiludiorum memoramẽtum: sic a nobis approbatum: sic laudatum: ita q; non modo nõ magicum: sed diuinum potius ingeniu habuisse: vnanimi voce iudicaremus: virtum laudauimus: & in nostrũ numerum: insigniter promotimus: nec suo labore frustratus: viginti quattuor vn garicos florenos: mercedis titulo recepit: quibus ego interfui: que & vidi: & hisce auribus hausi: ob q; veritatis testimoniũ p̄bui: in fidem omnium & singulorum premissoꝝ.

## Conclusio operis.

Ecce tibi Cædide lector: vofq; ingenui adolefcētes (quos  
minime studiū nimis enervat) ecce tibi inquā que fures  
eifuris his tꝑibus: fupꝑ re logica: mullitando collegimꝰ  
quibus memoriā veſtroꝝ oim: vegetare volui: vt eā que  
ſemper mentem veſtram fugere ſueta eſt: tenatius heres  
at: maneatq; fixa. Ne propter labilem eius volubilitas  
tē: vſa vobis proſciat vſ cōculcatur. que vt Ioannes papa  
teſtatur: ſcientiarū ſcientia: merito dicit: cum viam do-  
ceat: ad principia oim artiū. Docet inquā principia: docet  
verū a falſo diſcernere: docet ppōnes vtraſq;. Docet ſilo-  
giſmos mltiplices: docet tmōꝝ variā poſitionē: in ſtru-  
cturꝰ orationū: vt qd medullitus in eis deliteſcat: ſciat. ne  
ſophiſticis fallatijs decipiamur: a callidis pſraforibꝰ: quā  
ſi vobis appropriaueritis: habebitis rem nō minus lectu-  
iucundam: ſed & praxi iucūdiorem: quid teſte opus: res  
ipſa teſtatur: tuq; tibi ipſi teſtis eris optimus: hanc itaq;  
partio ere: cum compatus fueris: nunq; te pretij penite-  
bit. Nobis quoq; q̄ plurimā gratiam referes: Necnō Io-  
anni Adelpho: viro ſecundū cor nr̄m: huius operis caſti-  
gatori: quod Argētinē: induſtrius vir Ioānes grūinger  
impreſſit. Anno a criſti ſaluatoris natiuitate. M.D.IX.  
Ipſa die diui Thome Cantuarienſis.









VONIAM VERO TRACTATVVM  
 sedecim in Chartiludio nostro memoratoꝝ nō sem̄  
 per vniformis eēt numerus i imaginū: sed habet vnus  
 quidē octo imagines: alter. iij. itē alius vnā: sc̄dm  
 materie quātitate: magnitudinē: puritateꝝ: Ideo ta  
 bellā p̄sentem subnectere placuit in qua primo cōtuitu quot sint  
 imagines cuiuslibet tractatus facilliter conspities:

## TABELLA TRACTATVVM ET IMAGINVM NVMERVS.

Numerus  
 tractatum

NVMERVS IMAGINVN,

|   |   |     |        |                   |        |   |   |   |   |
|---|---|-----|--------|-------------------|--------|---|---|---|---|
| 1 | 8 | Rex | regina | seru <sup>9</sup> | famula | 8 | 7 | 6 | 7 |
| 2 | 6 | 1   | 2      | 3                 | 4      | 5 | 6 |   |   |
| 3 | 8 | 1   | 2      | 3                 | 4      | 5 | 6 | 7 | 8 |
| 4 | 4 | 1   | 2      | 3                 | 4      |   |   |   |   |
| 5 | 7 | 1   | 2      | 3                 | 4      | 5 | 6 | 7 |   |
| 6 | 8 | 1   | 2      | 3                 | 4      | 5 | 6 | 7 | 8 |
| 7 | 3 | 1   | 2      | 3                 |        |   |   |   |   |

Numerus Tractatum paruorum logicalium.

8 9 10 11 12 13 14 15 16

Numerus imaginum eorundem.

1 1 1 1 1 1 1

Facit p̄ sepeissime ingenia tarda vt re m̄ alioquin aptam & le  
 nem manib<sup>9</sup> cogamur p̄bere palpandā: Ideoꝝ & tabellā sup̄ra  
 positā ceco fere cognitissimā clarius exponendā mihi trāsmiserūt.

A



# Modus

Hic ergo tabellā in dno partitur magnorū videlicet & partiorū  
logicaliū tractatus. Prima colūnellula numerū pdit tractatū; des  
orsum cōputādo: quorū sunt nūero septē. Scđa deinceps illius tra  
ctatus mox pcedentis: nūez quottat imaginū in cōi. Alie verē ses  
quētes: specialit & in longū i magines nūerant. In quib⁹ tñ est ser  
natus duplex ordo: nam primi tractatus colnella a rege incipiēs,  
& in .j. finiēs. retrograda est alijs colūnellis: cōtrario mō nūeranti  
bus: q̄ nō est cōsulito neq̄ casu factū: sed ex cōsiliij mutatiōe: volēs  
bam inquā post re gē & reginā seruū et famulā: semp a maiori nu  
mero videlicet. 8. ad minorē pcedere: quoad usq̄ illius tractatus  
materia se extendere potuisset: sed videbat cōsultius a minori ad  
maiorē nūerare. Ideoq̄ in oib⁹ alijs: pterē in pmo seruati hūc ordi  
nē in signis: vt primo sit 1. Exinceps 2 3 4 5 &c. quātū se extēs  
dere potuit tractatus. Minor tñ tabella prijs logicalibus est accō:  
mo lata. Nā supior colūnella ad dextrā versus accipiēdo: numerū  
ostēdit ptoz tractatū. Inferior autē numerū imaginū. vbi vltra. 1.  
nō excedit: quia oēs illi tractatus: singuli nō nisi vnā habēt imas  
ginē: imo tres tractat⁹ illi videlicet 13 14 15 nisi vnā habēt. Char  
tas igitur si vertendo perspexeris inuenies hanc tabellam in oibus  
quadrare & esse iustissimam.

## NOMINA PROPRIA CHARTHARVM.

CONVENIENS MIHI VIDEBATVR ET HVIC  
nostre praxi nō inutilis inuentio. vt chartas ipsas etiā pprijs noib⁹  
notare: quib⁹ mox dici possit (cum se charta q̄ris offerat iudenti. q̄  
sit: & quo ab alijs noie disceat. Est autē nomen charte: q̄dā sum  
maria ei⁹ notificatio: sive illi⁹ materie in cōi exp̄ssio. Qui igit⁹ hoc  
nostro ludo se exercitare voluerit: post cognitū ordinē tractatum  
& imaginū: q̄ ex pcedēti tabella clarissime habet: conet vt chartas  
singulas suis. prijs noibus examissim & ad vnguem nomiare sciz  
at: q̄ quātū memorie cōferat vos iudices esse volo. Testor. deū. qm

praxim hãc p̄sentē in vn̄uersitate sriburgē̄si legi. discipulos habui  
 & si paucos: q̄a alios tū exercitij puduit tū & laboris: q̄ ex simpli  
 ci chartaz intuitu: mox in imaginib⁹: quasi in libro recēlebant etiã  
 promptissime: vt fere pro litteris: imaginibus vterentur: sed præter  
 iactantiam ego loquor quia pro nihilo etiã repto humanas lau  
 des & vt lutum floccifacio.

Imagines. **TRACTATVS PRIMVS** hæc habet:

- 1 De termino. Nomine. Verbo. prima & sc̄da intentiõibus
- 2 De Orõne: p̄positiõē. subiecto. p̄dicato. termino & signis
- 3 De Qualitate. questione. participatione
- 4 De Oppositione & lege
- 5 Oppositiõē. materia. forma. & triplici Cõuersione
- 6 Equipollentiã
- 7 Propositione hypothetica
- 8 Modalibus

## SECUNDVS TRACTATVS.

- 1 De Prædicabili & genere
- 2 Specie & indiuiduo
- 3 Differentia
- 4 Proprio & accidente
- 5 Continentia & differentia prædicabilium
- 6 Triplici prædicatione

## TERCIVS TRACTATVS.

- 1 De Antepredicamentis
- 2 Substantia
- 3 Quantitate
- 4 Relatione
- 5 Qualitate
- 6 Actione & passione
- 7 Quando. vbi. situ. habitu
- 8 Postpredicamentis

# Modus

## QUARTVS TRACTATVS.

- 1 De propoſitione, termino, dici de omni & nullo
- 2 Silogifmo, Materia, Figura, & modo
- 3 Prima figura, recte & indirecte concludere
- 4 Secunda & tertia figuris & de modorū reductione

## QVINTVS TRACTATVS.

- 1 De Argumento, Concluſione, Queſtione, Argumentatione, Enthimemate & exemplo
- 2 Loco maximæ, differentiæ maxime, loco extrinſeco, intrinſeco, medio, a ſubſtantiâ, & ſubſtantiâ concomitantibus.
- 3 Diuiſione, deſcriptione, & interpretatione,
- 4 Toto vniuerſali, integrali, in q̄ntitate, in mō, in loco, in tpe,
- 5 Cā efficiēti, materiali, formali, finali, generatiōe, & corruptiōe,
- 6 Deſperatis, maiori, minori, ſimilitudine, pporcionalitate, trās ſumptiōne, auctoritate,
- 7 Cōiugat̄, caſu, diuiſiōe negatiua, integrali, vocali & accidētis

## SEXTVS TRACTATVS

- 1 De Silogifmo ſophiſtico, duplici cā, & de quinque methis,
- 2 Fallacia in & extra dictionē & de triplici multiplici,
- 3 Fallacia Equiuocationis, & amphibologie
- 4 Compoſitione & diuiſione
- 5 Accentu & figura dictionis
- 6 Accidente ſcdm quid ad ſimpliciter
- 7 Ignoratiōe elenchi, & petitiōne principi
- 8 Conſequentē non cauſa vt cauſa

## SEPTIMVS TRACTATVS.

- 1 De termino multiplici
- 2 Suppoſitione ſimplici mixta naturali cōi cōfuſa & diſtributiua
- 3 Suppoſitione ſimplici cōi diſcreta; personali cōi diſcreta, cōfuſa & diſtributiua
- 4 Ampliatione,



- 5 Restrictione
- 6 Appellatione
- 7 Distributione
- 8 Expositione
- 9 Exclusionē, Exceptione, Reduplicatione;
- 10 De descensu diuisio, Arguitio, Copulatio, disiunctio, disiuncto, & Copulato.

## SECRETVM CHARTILVDII.

NON COEGIT ME LECTOR AMICE VT VER-  
 rum fatear lior & inuidētia: q̄ secretū hoc imp̄ssioni tradere no-  
 luit: cōsulito em̄ factū est, q̄ nō licet margaritas porcis anteponere:  
 & doceri nolētib⁹: tā nobile adiutoriū mēorie indignis tradere: at  
 nūc vicit charitas pximi: q̄ studiosis etiā pueris, p̄desse volui. Vo-  
 lo igit̄ vos scire: q̄ apud me sequētes versiculi absconditi in magno  
 sunt p̄cio habitū: qm̄ mirū in modū faciliē prebent diffinitionum  
 textus memoriā & cognitionē. Sūt nempe inter eos plurimi: quib⁹  
 nō in vna sola diffinōe: sed in plurib⁹ vtimur: versum illū toties re-  
 perēdo: quoties memoriter diffinitiōes narrādo dicis. Habēt ergo  
 triplicē nūerū. Prim⁹ est versiculorū & versum quotat. Secundus  
 imaginū hoc est in qua imagine te opteat vti versiculo. Nūerus itē  
 sequēs in quo loco & quoties illo vti debeas oñdit. Vbi ergo poni-  
 tur in finali nūero prima vel scda vel terciā &c. subintelligi datur  
 imago. Alius numerus illius imaginis, alia loca quotat: expimen-  
 to cōperies: q̄ propter hos versus: facilis est totius logice memoria

## PRIMVS TRACTATVS.

- 1 Est sonus causatus. 4. a b.
- 2 Est quē aliquid vel aliquo aliter. 5. a b.
- 3 Est cui in mente correspondet cōrarietas. 7. a b.
- 4 Est vox significatiua seu intentio attributa voci significati-  
 uae. 8. 2. secūda. 1.
- 5 Est quē generat in animo auditoris, secūda. 2. a b.

# Modus

- 6 Est que explicite vel implicite formatur vel equiualenter. secūda. 4. 5. 6. 7. a. b. c. d. septima. 1. 2. 3. 4. & tertia. 1. a. b.
- 7 Precise p eodē & p eisdē supponentib<sup>9</sup> vniuoce tēte: eque stricte. eque ample in vna sicut in alia. quarta. 1. 2. 3. 4.
- 8 Est habitudo extremorū. quinta. 1. 2. 3.
- 9 Est duarū ppositionū categoricarum. quinta. 5. 6. 7.
- 10 Si alicui signo vniuersali. sexta. 1. 2. 3.
- 11 Est in qua explicite vel implicite formant<sup>r</sup> vel equiualenter ponuntur due categorice: vel duo complexa proportionabilia duabus categoricis.

## SECUNDVS TRACTATVS.

- 1 Est q̄ predicatur de pluribus.  
vno solo  
prima. 2. secūda. 1. tertia. 1. quarta. 1.
- 2 Ad q̄ conuenienter responderetur ad interrogationem factam  
per quid  
Quale p pmo mēbro. pma. 1. 3. p scdo mēbro tertia. 2.
- 3 Est q̄ cū sit genus prima. 5. a. b.  
species secūda. 4. a. b.
- 4 Est q̄ cōuertit<sup>r</sup> cū genere & facit ip̄m differre ab om  
specie ip̄am  
ni alio. p primo mēbro. tertia. 3. a. p secūdo mēbro. tertia. 2. b.
- 5 Est p̄dicari vno nomine & ratione. sexta. 1. 2. 3.

## TERCIVS TRACTATVS.

- 1 Est quoddam documentū valens. prima. 1. octava. 1.
- 2 Sūt cōceptibilia quorū nomē & vox ē cōis: & scdm illud no  
mērō & cōceptus obiectiualis: vel formalis est. prima. 2. 3.
- 3 Est cuius partes copulantur. tertia. 1. 2.
- 4 Sunt quorū fundamentū. quarta. 2. a. b. c.
- 5 Est respectus extrinsecus adueniens. sexta. 1. 5.  
septima. 1. 4. 7. 10.

## QUARTVS TRACTATVS

- 1 Est quando nihil est sumere sub subiecto de quo nō predicat  
prima. 3. a. b. c. 4. a. b. c.
- 2 Est terminus sumptus. secūda. 2. a. b. c.
- 3 Est ordinatio: secūda. 4. 5.
- 4 Est q̄ vna p̄missarum sit. secūda. 6. 7.
- 5 Est quando medium. tertia. 1. quarta. 1. 2;
- 6 Est q̄n maior extremitas vel q̄s maioris extremitatis  
minor extremitatis  
tercia. 2. 3.

## QVINTVS TRACTATVS.

- 1 Est quando terminus intrinsecus & terminus illatus. secūda. 3.  
a. b. c. 4. a. b.
- 2 Est oratio. tertia. 1. 2. 3.
- 3 Est habitudo: hūc versum ad omnia loca applicabis.
- 4 Est terminus cōmanis. quarta. 3. a. b. c. 5. a. b. 6. a. b.)
- 5 Est mutatio. quinta. 6. 7.
- 6 Est q̄ habet apparentiam. sexta. 2. 3.

## SEXTVS TRACTATVS;

- 1 Est concessio. prima. 4. 5. 6. 7. 8
- 2 Est idoneitas vel habilitas siue promptitudo decipiendi; hūc  
versum ad omnem fallaciam applica
- 3 Est q̄ sumit causam apparentie ex parte secūda. 2. a. b;
- 4 Est dictio vel oratio eadem in materia secūda. 3. a. b. c.
- 5 Est penes orationem diuisam vel compositā. quarta. 5. 6. 7
- 6 Quando premissa non causa conuenit cum octaua. 7. 8. 9

## SEPTIMVS TRACTATVS PAR VORVM LOGICALIVM.

- 1 Est acceptio termini: hic versiculus ad omnes suppositiones ap-  
plicetur: & ad tres diffinitiones ampliacionis. ad restrictionem  
appellationem; & distributionem

# Modus Practicandi

- 2 Est propositio exponibilis: habens sensum obscurum ratione alicuius signi: hic versiculus repetatur ad diuisionem propositionis exponibilis exclusiue exceptiue reduplicatiue.
- 3 Est vbi in descendendo infertur vna propositio hypothetica ex omnibus singularibus illius termini virtute cuius descenditur: vltima. 3. 4
- 4 Est vbi in descendendo infertur vna propositio cathogorica de extremo: vltima. 5. 6

Habes lector studiosè versiculos repetitorios: maximo tibi adiumento futuros: occultatos quidem longo tempore. at nunc nihil est q̄ retinui. nihil q̄ infidelitate abscondi. Vale & fidelitatis tante memor: pro me deum exora. Ex Argentina &c.

FINIT FOELICITER,  
AD DEI GLO  
RIAM.



5919  
a

